Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [9. Jh.]

Beatus Gregorius papa: Homilie zu der Evangelienlesung

urn:nbn:de:bsz:31-6704

Visual Library

mili aduentu sponsi sui.
Quae illo ultimo aduentu cum
ueni& in claritate nuptura
est. cum iam facie ad faciem
contuebitur. Dedit enim
nobis pignus spm. sicut dicit
apostolus. Et ideo ista ex
positio nihil cestum intuetur.
nisi ut secundum fidem sit. neq;
alius praeiudicat. quę nihil omi
nus sedm fidem esse poterit.

XIII ITEM OMELIA BEATI GREGORII PAPAE DE EADE LECTIONE.

SAEPE UOS
fratres kmi ad
moneo praua
opera fugere.
mundi huius
inquinamenta
deuitare.
Sed hodierna
sci euangelii lec
tione conpellor dicere. ut &
bona quae agitis cum magna
cautela timeatis. Nec per
hoc quod a uobis rectum geri
tur. fauor aut gratia huma
na requiratur. Ne appeti
tus laudis subripiat. & quod
foris ostenditur. intus a mer
cede uacuetur. Ecce enim
redemptoris uoce decem uir
gines. & omnes dicuntur uir
gines. & tamen intra beatitu
dinis ianuam non omnes receptę.
Quia earum quaedam dum de
uirginitate sua gloriam foris
exp&unt. in uasis suis oleum
habere noluerunt. Sed
prius quaerendum nobis est.
quid sit caelorum regnum.
aut cur decem uirginibus
comparetur. Quae &iam
uirgines prudentes & fatuę
dicantur. Dum enim caelo
rum regnum const&. quia re
proborum nullus ingreditur.
&iam fatuis uirginibus cur
simile esse perhib&ur.
Sed sciendum est. quod saepe in
sacro eloquio regnum caelo
rum. praesentis temporis
ecclesia dicitur. De quo alio
loco dicit. Mitt& filius ho
minis angelos suos. & colligent
de regno eius omnia scandala.
Neq; enim in illo regno beatitu
dinis. in quo pax summa est.
inueniri scandala poterunt
quae colligantur. Et unde
rursum dicitur. Qui ergo
soluerit unum de mandatis istis
minimis & docuerit sic homines.
minimus uocatur in regno
caelorum. Qui autem fece
rit & docuerit. hic magnus

uocabitur inregno caelorum.
Mandatum quippe soluit &do
c& quando hoc quisq; uoce
praedicat. quod uiuendo non
impl&. Sed ad regnum ae
ternae beatitudinis peruenire
non ual&. qui non uult implere
opere quod doc&. Quomo
do ergo in eo minimus uocatur.
qui ad hoc nullo modo intrare
permittitur. Quid itaq; per
hanc sententiam nisi praesens
ecclesia caelorum regnum di
citur. In qua doctor qui
mandatum soluerit minimus
uocatur. quia cuius uita despi
citur. restat ut & praedicatio
contemnatur. In quinq; au
tem corporis sensibus unus
quisq; subsistit. Geminatur
autem quinarius. denarium
perficit. Et quia ex utroq;
sexu fidelium multitudo colli
gitur. sca ecclesia decem uirgi
nibus similis denuntiatur.
In qua quia mali cum bonis. &
reprobi cum electis admixti sunt.
recte similis uirginibus pruden
tibus & fatuis esse perhib&ur.
Sunt namq; pleriq; continen
tes qui ab exteriori se appeti
tu custodiunt. & spe ad interio
ra rapiuntur. carnem mace
rant. & toto desiderio ad su

pernam patriam anhelant.
aeterna premia expetunt.
pro laboribus suis recipere lau
des humanas nolunt.
hi nimirum gloriam suam non
in ore hominum ponunt. sed in
tra conscientiam contegunt.
Et sunt pleriq; qui corpus per
abstinentiam affligunt. sed
de ipsa sua abstinentia huma
nos fauores expetunt.
Doctrine inseruiunt. indigenti
bus multa largiuntur.
Sed fatuae profecto sunt uirgines
quia solam laudis transitoriae
retributionem quaerunt.
Vnde & apte subditur.
Quinq; fatuae non sumpserunt
oleum secum. prudentes autem
acceperunt oleum in uasis suis
cum lampadibus. Per oleum
quippe nitor gloriae designatur.
Vascula autem nra sunt corda
in quibus ferimus cuncta quae
cogitamus. Prudentes ergo
oleum in uasis habent. quia
nitorem gloriae intra conscien
tiam retinent. Paulo at
testante qui ait. Gloria nra
haec est testimonium consci
entiae nrae. Fatuae autem
uirgines oleum secum non su
munt. quia gloriam intra con
scientiam non habent. dum hanc

abore proximorum querunt;
Notandum uero quod omneſ
lampadeſ habent. ſed omneſ
oleum non habent. Quia
plerumq; bona ipſe opera cum
electiſ & reprobi oſtendunt.
ſed ſoli ad ſponſum cum oleo ue
niunt. qui de hiſ quae foriſ ege
rint. intuſ gloriam quaerunt.
Unde per pſalmiſtam quoq; de
ſcā electorum eccleſia dicitur.
Omniſ gloria eiuſ. filiae regum
abintuſ. Moram autem faci
ente ſponſo. dormitauerunt
omneſ & dormierunt.
Quia dum uenire iudex ad extre
mum iudicium differt. electi
& reprobi in mortiſ ſomno ſopi
untur. Dormire & enim mo
ri eſt. Ante ſomnum uero
dormitare eſt. ante mortem a
ſalute langueſcere; quia per
ponduſ aegritudiniſ perueni
tur ad ſomnum mortiſ.
Media autem nocte clamor fac
tuſ eſt. ecce ſponſuſ uenit. exi
te obuiam ei. Quae aduentu
ſponſi clamor media nocte fit.
quia ſic iudicii dieſ ſubripit. ut
praeuideri non ualeat quando
uenit. Unde ſcriptum eſt.
Dieſ dn̄i ſicut fur in nocte ita ue
niet. Tunc omneſ uirgineſ
ſurgunt. quia & electi & rep̄bi

a ſomno ſuae mortiſ excitantur.
Lampadeſ ornant. quia ſua ſe
cum opera numerant. pro quib;
aeternam recipere beatitudi
nem expectant. Sed lampa
deſ fatuarum uirginum ex
tinguntur. quia earum opera
quae clara hominibuſ apparue
rant. in aduentu iudiciſ intuſ
obſcurantur. & a dō retributi
onem non inueniunt. quia
pro eiſ receperunt ab hominib;
laudeſ quaſ amauerunt.
Quid eſt autem quod tunc a pru
dentibuſ oleum petunt. niſi
quod in aduentu iudiciſ cum ſe
intuſ uacuaſ inuenerint. teſti
monium foriſ quaerunt.
Ac ſi a ſua fiducia deceptę proxi
miſ dicant. Quia noſ quaſi
ſine opere repelli conſpicitiſ.
dicite de nr̄iſ operibuſ quid
uidiſtiſ. Sed prudenteſ uir
gineſ reſpondent dicenteſ.
Ne forte non ſufficiat nobiſ & uobiſ.
In illo enim die quod tamen de
quibuſdam in pace eccleſiae
quieſcentibuſ loquor. ſibi met
ipſi teſtimonium uniuſ cuiuſq;
uix ſufficit. quanto minuſ &
ſibi & proximo. Ubi & protinuſ
per increpationem ſubdunt.
Ite potiuſ ad uendenteſ & emite
uobiſ. Venditoreſ quippe

olei . adulatores sunt .
Qui enim accepta qualib& gratia uanis suis laudibus nitorem gloriae offerunt . quasi oleum uendunt . De quo profecto oleo psalmista ait .
Oleum autem peccatoris non inpingu& caput meum .
Principale & enim nrm caput est .
Appellatione autem capitis ea quae principatur corpori mens uocatur . Inpinguat ergo caput oleum peccatoris . cum demulc& mentem fauor adulantis . Sed dum irent emere uenit sponsus . Quia cum uitae suae testimonium aproximis quaerunt iudex uenit . qui non operum sed cordium testis est . Quae autem paratę erant . intrauerunt cum eo ad nuptias . & clausa est ianua .
O si sapere in cordis palato possit . quidam mirationis hab& quod dicitur . uenit sponsus . quid dulcedinis . intrauerunt cum eo ad nuptias . quid amaritudinis . & clausa est ianua .
Venit quippe ille . qui aduentu suo elementa concutit . In cuius conspectu caelum & terra contremescit . Vnde etiam per prophetam dicit . Adhuc semel & ego mouebo non solū terram . sed & iam caelum .
Ad cuius examen omne humanū genus deducitur . Cui ad iudictam malorum remunerationem q; bonorum . angeli . archangeli . throni . principatus & dominationes obsecuntur . Pensate fratres kmi ad conspectum tanti iudicis . qui in illo die terror erit . quando iam in poena remedium non erit . Quae illa confusio cui reatu suo exigente . contingit in conuentu omnium hominum angelorumq; erubescere .
Qui pauor . eum quem & tranquillum mens humana capere non ual& . & iam iratum uidere .
Quam diem propheta intuens ait .
Dies irae . dies illa . Dies tribulationis & angustiae . dies calamitatis & miseriae . dies tenebrarum & caliginis . dies nebulę & turbinis . dies tubae & clangoris . Pensate ergo fratres . extremi diem iudicii super corda reproborum qua asperitate propheta uidit amarescere . quem tot appellationibus non ualet explicare .
Quanta uero tunc erit electorum laetitia . qui de eis merentur uisione gaudere . de cuius conspectu uident & elementa

contremescere. Cum eo simul ad nuptias intrare qui & in sponsi nuptiis gaudent. & tamen ipsi sunt sponsa. Quia in illo aeterni regni thalamo. uisioni nrae ds coniungitur. Quae scilicet uisio numquam iam in perpetuum ab amoris sui amplexibus euellatur. Tunc regni ianua lugentibus clauditur. quae modo cotidie penitentibus aperitur. Erit namque & tunc paenitentia. sed fructuosa non erit. quia nequaquam tunc ueniam inuenit. qui modo aptum ueniae tempus perdit. Hinc & enim paulus dicit. Ecce nunc tempus acceptabile. ecce nunc dies salutis. Hinc propheta ait. Quaerite dnm dum inueniri potest. inuocate eum dum prope est. Vnde & easdem fatuas uirgines inuocantes non audit. quia inter clausa regni ianua. qui nunc per exauditionem prope est. prope iam non erit. Nam subditur. Nouissime ueniunt & reliquae uirgines dicentes. Dne dne aperi nobis. At ille respondens ait. Amen dico uobis nescio uos. Ibi iam a dno non potest mereri quod petit. qui hic noluit audire quod iussit. Quia qui tempus congruae penitentiae perdit. frustra ante regni ianuam cum precibus uenit. Hinc est enim quod per salomonem dns dicit. Vocaui & rennuistis. extendi manum meam & non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu uro ridebo. & subsannabo cum uobis quod timebatis euenerit. Cum inruerit repentina calamitas. & interitus quasi tempestas ingruerit. Quando uenerit super uos tribulatio & angustia. Tunc inuocabunt me & non exaudiam. mane consurgent. & non inuenient me. Ecce aperi clamant. & repulsionis suae dolore conpulsae. appellationem dominationis ingeminant dicentes. Dne dne aperi nobis. Preces offerunt sed nesciuntur. quia tunc uelut incognitos ds deserit. quos modo suos per uitae meritum non agnoscit. Ubi apte quoque generalis ad discipulos exhortatio subinfertur cum dicitur. Vigilate itaque quia nescitis diem neque horam.

Quia post peccata dr̄ penitentiam
ſuſcipit; ſiſcir& quiſq; de
praeſenti ſaeculo quo tempo
re exir&. aliud tempus uo
luptatibus. atq; aliud peniten
tiae aptare potuiſſ&.
Sed qui paenitenti ueniam
ſpopondit. peccanti diem
craſtinum non promiſit.
Semper ergo extremum diem de
bemus metuere. quem num
quam poſſumus preuidere.
Ecce hunc ipſum diem in quo lo
quimur. ad indutias conuerſio
nis accepimus. & tamen mala
quae fecimus flere recuſamus.
Non ſolum commiſſa non plangi
mus. ſed &iam quae deflean
tur augemus. At ſi aliqua
nos aegritudo corripiat. ſi
ſigna aegritudinis uicinam
mortem denuntient. indutias
uiuendi quaerimus. ut peccata
nr̄a defleamus. & eas cum mag
no aeſtu deſiderii petimus.
quas acceptas modo pro nihi
lo habemus. Rem fratres
refero quam ſi intente audire
uult caritas ura ex conſidera
tione illius uehementer inſtrua
tur. Quidam uir nobilis in
ualeria prouincia nomine
chryſaurius fuit. quem lingua
ruſtica populus criſerium

uocabat. Uir ualde idoneus
ſed tantum plenus uitiis. quan
tum rebus. Superbia tumi
dus. carnis ſuae uoluptatibus
ſubditus. in adquirendis reb;
auaritiae facib; accenſus.
Sed cum tot malis dn̄s finem pone
re decreuiſſ&. ſicut religioſo
quodam qui nunc ſuper eſt pro
pinquo illius didici. corporis
languore percuſſus eſt. Quad
extremum ueniens. eadem hora
qua iam de corpore erat exiturus.
apertis oculis uidit tetros & ni
gerrimos ſpſ coram ſe adſiſte
re. & uehementer inminere ut
ad inferni clauſtra ſe raperent.
Coepit tremere. pallescere. ſu
dare. & magnis uocibus indutias
petere. Filiumq; ſuum no
mine maximum. quem ipſe iam
monachus monachum uidi. ni
mis & turbatis clamoribus uo
care dicens. Maxime curre.
numquam tibi mali aliquid feci.
in fide tua me ſuſcipe. Turba
tus mox maximus adfuit. lugens
& perſtrepens familia conuenit.
Eorū quos ille inſiſtentes ſibi
grauiter tolerabat. ipſi malig
nos ſpſ uidere non poterant.
Sed eorum preſentiam in confu
ſione & pallore ac tremore il
lius qui trahebatur uidebant.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Pauor autem terre eorum imaginis· huc illucq; uestiebatur in lectulo· Iacebat in sinistro latere· aspectum eorum ferre non poterat· Uestiebatur ad parietem· ibi aderant·

Cumq; districtus nimis relaxari se iam posse desperar&· coepit magnis uocibus clamare dicens·

Indutias uel usq; mane· indutias uel usq; mane· Sed cum haec clamaret in ipsis suis uocibus de habitaculo suae carnis euulsus est· De quo nimirum constat quia pro nobis ista· non pro se uiderit· ut eius uisio nobis proficiat· quos adhuc diuina patientia longanimiter expectat· Nam illi terrores spiritus ante mortem uidisse & indutias postulasse quid profuit· qui easdem indutias quas petiit non accepit· Nos ergo fratres k(arissi)mi· nos sollicite ista cogitemus· ne nobis in uacuum tempora pereant· & tunc quaeramus ad bene agendum uiuere· cum iam conpellimur de corpore exire·

Mementote quid ueritas dicat·

Orate ne fiat fuga u(est)ra hieme uel sabbato· Perlegis quippe mandatum ambulare longius sabbato non lic&· Hiems quoq; ad ambulandum impedimento est· quia gressus ambulantium torpor frigoris adstringit· Ait ergo·

Orate ne fiat fuga u(est)ra hieme uel sabbato· Ac si aperte dicat·

Uidete ne tunc quaeratis peccata u(est)ra fugere· quando iam non lic& ambulare· Illud ergo tempus quo fugere non lic&· modo deb& cogitari dum lic&·

Illa est hora n(ost)ri exitus semper intuenda· ista redemptoris ammonitio ante mentis oculos semper ponenda· qua ait·

Uigilate itaq; quia nescitis diem neque horam·

ITEM IN NATAL(E) UIRGIN(UM)· LEC(TIO) S(AN)C(T)I EU(AN)G(ELII) SEC(UNDUM) MATHEU(M)·

In illo tempore· Dixit ih(esu)s discipulis suis· Simile est regnum caelorum thesauro abscondito in agro· Et reliqua·

CXXIII

OMELIA BEATI GREGORII PAPAE DE EADEM LECTIONE·

Caelorum regnum fr(atre)s k(arissi)mi idcirco terrenis rebus simile dicitur· ut ex his quae animus nouit surgat ad incognita quae non nouit· Quatenus exemplo uisibilium· se ad inuisibilia rapiat·

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg